



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Germanvs Episc. 31. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Martyres tales se probarunt, cùm jugulum forite gladio dederunt. Extinæti triduum tumulo carne-
re, dum Cyrius plombeis loculis clausum autem defodit, quod iterum deinde erutum est in lucem, cùm Orbi Christiano Sol suus Constantinus lux.

Ex actis S. Laurentii.

*Noli caduca & fugacia que tanquam cera liqui-
scunt, admirari. Vivant alii cum Principibus
miliariter; tu per orationem cum Deo versaris: tu
unigeniti Filii Dei corpore vesceris; gaudie & lau-
re te dignum effectum esse. qui templum sibi
S. Ephrem de vit. spirit.*

S. G E R M A N V S E P I S C . 31. Iulij.

GERMANVM Musæ ad summos honores evere-
runt. In his positus cùm animum ad indigna-
munere suo studia dimitteret, & venandi amore
illectus Palladi jam Dianam præponeret, monitor
adsuit Amator urbis Pontifex, & arbore, in qua
ferarum capita defixerat, excisâ, insanum etiam
venandi studium ex ejus animo extirpavit. Ehi
enim iratum fugere aliquandiu Amator est coa-
ctus, rediit tamen paulò post, & inermem in templo
GERMANVM aggressus, captum amicâ vi in sa-
cerdotem attondit, infulæque suæ moriturus
heredem fecit. Inde alium jam vidisses GERMA-
NV M. Nemo modestior illo. Nulli digniores in-
fulæmores. Ille cilicio corpus vestire, ille preter
panem hordeaceum & mortis monitorem cime-
rem nihil in mensam admittere. Ille reditus in
pauperes dispensare, cùm ex his uni tres reliqui
autem essent, jubere, ut hi etiam illis in prædam
cederent. Verum cùm ex his unum minister ser-
vasset, Numenque pro binis ducentos dono sub-
misisset, notavit scilicet GERMANVS avariciem il-
luis

lius, qui ingens fœnus (quod trecentorum aureorum futurū erat) imminuisset. Obiit anno CCCC. XXXV. patriæ suæ unicum præsidium. Nam dum vixit, contra imminentes urbi hostes ipse exercitum duxit, signa ipse tulit, utque animos civibus faceret, sepè sibi cum suis *Alleluia* insonuit, itaque ferè unus rectè Epinicum ante victoriam cœmit. Ex Særio.

Diem ex die ne differas; sed quām celerrimè ad Dominum te converte, antequam severissimi Iudei sententia pronuncietur, qua te vocet ad reddendam rationem talentorum, qua tibi dedit; & vinctis manibus & pedibus in tenebras exteriores extrudaris. S. Ephrem de Pœnit. & Conf.

S. IGNATIVS LOYOLA C. 31. Iulij.

IGNATIVS è nobili milite Societatis IESV Dux animi sanitatem pedum debet vulneri; hujus curationem D. Petro, vite immutationem piorum librorum lectioni, castitatis verò donum Virginī MAGNÆ, quæ cum Filiolo suo spectandam illi se dedit. Ad hujus aram cùm opima spolia (arma fibi detracta) suspendisset, inter miros penitentie rigores, MARIA dictante, libellum illum Asceticum scripsit, quem ne libro satis laudes. Cùm horas VIRGINIS percurreret, ad arcana S. Triadis aspergum admissus est. Eiusdem Sabbatho extra se raptus, non nisi altero Sabbatho ad corpus rediit, animalium lucro inhians, vir annorum XXXIII. literas discere est aggressus; mox socios scribere, parvas copias, sed ingens orbi laboranti præsidium, & cui IESVS ipse propitium Romæ se fore appromisit. Unicum ei symbolum fuit, *Major Dei Gloria;* perquām familiaris illa cum lacrymis vox

Hes